

ALLOCVTIO AD FILIVM.

„bit, vitaeque honestati, ac cultiori
 „viuendi rationi studebit, haud
 „grauatim emerget in lucem. Non
 „enim, vt olim, sic Lipsia vult ex-
 „pectari, Francos quod attinet.“
 Quae igitur tibi, mi fili, propitio nu-
 mine, nuper demum vsu venerunt,
 b. D. Cyprianus diu ante cecinit, vt
 vates. Quum enim plerique, qui
 studiorum causa Lipsiam colunt,
 non sine suo incommodo tritum
 sermone prouerbium: *Lipsia vult*
expectari; veriuerbium esse expe-
 riantur; tibi, qui ante sexennium
 demum musas salutatum Lipsiam
 venisti, contigit, quod nescio, an
 ciuium Coburgensium vlli, vt a
 splendidissimo amplissimoque sena-
 tu Lipsiense, dato ante, in doctissi-
 morum virorum confessu, cum aliis
 candidatis, dexteritatis docendi
 specimine, scholae Thomanae
 Conrector, cunctis suffragiis, sis ele-
 ctus.

210 cc

ε)